Vialnâ 19./29. Maij Anno 1634.

Regia Mtas 7./17. Maij Biallâ Viasmam castra movit, ut Tractatibus propius adsit. Commissarij utriusq; partis seriò rem agunt, et nihil certius, quam quod nos pacem habituri sumus. Induciæ viginti quinq; Annorum concludentur cum bonis ac honorabilib. Conditionibus pro Polonis. Hæc à Rege ipso et aliis magnis viris habeo. Ante Biallam non adeò prosperè singula successerunt: hostis non tantam cladem fecit quam nri cuniculi, ducenti et ultrâ perierunt miserè, inter quos varij Viri Nobiles. Rex Vilnam ad 8./18. Junij veniet, sequenti die Nuptiæ Dni Kazanowskij celebrabuntur. Rex Legatos suos in Daniam mittet ad festivitatem Nuptiarum. P.